

habet contradiccionem. Quibus addo Mohedan. *de. 7. de res. spol.* ubi vertebatur lis inter duos super officio custodis pontis, & portæ Salariæ, quorum præfens prædictum officium à Papa obtinuerat ad sui vitam. Secundus idem officium postea obtinuerat ab eodem Pontifice cum clausula Motu proprio, & ex certa scientia, & non obitante collatione per nos alteri facta, & cum facultate ingrediendi possessionem propria auctoritate, & Rota resolvit concessionem secundam non valere, & primum officiale spoliati esse reintegrandum, & *num. 6.* dicit non obitare clausulam illam. Non obitante concessione per nos alteri facta; nam intelligitur de invalida licet per errorem alleget Innocentium, cum debuerit allegare Compot.

29 Deducitur secundò, ut si Papa in suis litteris alleret aliquem à jure privatum esse suo beneficio propter tale crimen, illudque alteri conferret; si tamen de jure non esset privatus, sed privandus: prædicta verba deberent interpretari, & reduci ad sensum juris, id est, ut esset privandus, ita notabiliter determinat Felin. *hic num. 6.*

30 *vers. Sed ex ista decisione*, & quamvis Petr. de Anchar. *conf. 293. meipit Vltra alia*, velit ut Princeps disponendo scienter contra jus, tollat juris obstatulum, *l. idem Vspanum*, ff. *De excus. tutor. nihilominus Felin. ubi supra*, dicit se non credere illud esse tenendum, quia habere aliquem pro privato suis beneficiis, qui de jure non est privatus, est disponere contra jus. Verum Papa non intendit contra jus disponere, nisi dicat, non obitante, &c. *glos. in cap. 1. in verb. Noliatur*, de *const. lib. 6.* Ergo rescribendo quod sit privatus, nulliter rescribit, & contra mentem suam. Nec dicatur, derogat juri ex certa scientia eo ipso quod scribit contra jus. Quoniam si hoc esset, quodcunque rescriptum contra jus valeret indistinctè, cum Papa præsumatur habere omnia jura in sermone pectoris, *cap. 1. de constit. lib. 6.* quod tamen constat esse falsum, ut *l. Rescriptum*, Cod. *De preb. imp. offer.* cum suis concord.

31 Et quamvis possit juri derogare, tamen id verum est, quando constat de certa scientia, quæ non percipitur ex hoc solo, quod scribat contra jus, quia sequeretur tunc dictum absurdum necessarium, sed percipitur ubi adjicit hoc verbum (ex certa scientia) vel si diceret Titium privandum volumus haberi pro privato: Tunc enim apparet Principem scire se derogare, sed rescribendo simpliciter contra jus, præsumitur circumveniri, ut idem Felin. tradit in *cap. Nonnulli in 4. fallencia secunda regula vers. Secundo contrarium 4. fallentiam*, infra eodem: (Nec dicatur in beneficiis rescriptum non indigere clausula non obstante, quia hoc est falsum, in idem deduxit in eodem *cap. Nonnulli*, *vers. Fallit nemo*. Et ista latius reasumpit consulendo in diocesi Lunensi, in qua unus impetraverat Ecclesiam alterius, quia Papa in suis litteris dicebat eum privatum eo quod sine licentia se absentaverat à cura animarum. Hæc enim non erat sufficiens causa, quæ cum beneficio privaret ipso iure.) Hæc Felin.

32 Et ex his collige declarationem ad plenam regulam hujus textus, quod litteræ Apostolicæ ad intellectum juris sunt reducendæ: procedit enim ubi verba hoc patiuntur, ubi verò nulla est

ambiguitas, cessat hæc communis interpretatio, *l. 1. l. 1. aut ille*, §. *Cum in verbo*, ff. *De leg. 3. In hoc. hic numero 2. & 3. in fin. Compotell. num. 103. Abb. in 1. notat. vers. Quod intelligit.*

33 Hodie verò ubi agitur de tollendo jure alteri quæsitò non sufficit, ut verba litterarum Apostolicarum sint clara, imò nec sufficit ut Papa habuerit scientiam implicitam: vel explicitam ex narratis, quod agebatur de jure tertii tollendo, sed debet nominatim fieri mentio, & individua derogatio regulæ de jure quæsitò, ut optimis fundamentis resolvit Rota apud Cæsar de Grass. *de. 3. 9. alias 3. de rescript. & de. 10. numero 1. de verb. signif.* quæ decisiones fuerunt postea multoties approbata, Seraph. *decis. 1082. numero 6. & segg.* ubi etiam decisum ait nullam aliam formulam posse introduci per quam possit dici constare de mente Papæ volentis tertio præjudicare, nisi faciat regulæ mentionem, quia procellatio, quam Papa facit in regula, tollit ejus consentum, & voluntatem ab actu gerendo ubi ei non derogatur, ex Sarnen. in *proem. regul. quasi. 3. n. 3.*

34 Fallit in gratia ex sui natura præjudiciali, in qua non requiritur derogatio regulæ. Rot. in *recent. dec. 11. numero 25. par. 6.* Item fallit in gratia, quæ fit ob publicam utilitatem, ut in *dec. 17. 4. numero 7. par. 1. recent.* Quæ omnia latius reasumpit in *cap. Ceterum*, à *num. 18. supra eod.* ubi plenè videas.

DE RESCRIPTIS.

Cap. Super litteris.

S V M M A R I V M.

- 1 **D**ecisio hujus cap. attenditur etiam inter legistas.
 - 2 Tacens verum, vel exprimens falsum in rescripto, si per malitiam, caret fundam. impetrati: si per simplicitatem aut aliis non obtinisset rescriptum, & idem aut obtinisset, & secundum iur. ordinem, Delegatus procedit, & *num. 3.*
 - 3 Bona fides aliesse præsumitur ubi enormis laesio reperitur.
 - 4 Subreptio dolosa vitiat rescriptum in totum, si autem processit ex simplicitate, vel ignorantia, eatenus vivit, quatenus fuit causa concessionis.
 - 5 Subreptio, & obreptio an, & in quo differant.
 - 6 Causantur ex duplici causa.
 - 7 Mendacium committi potest tam falsum exprimendo, quam verum tacendo.
 - 8 Subreptio, & obreptio quid sit.
 - 9 Rescriptum falsum, & obreptum in quo differant.
 - 10 Subreptio dolosa vitiat rescriptum.
 - 11 Ampliatur primò, etiam si impetrans esset sanctus.
 - 12 Sed contra.
 - 13 Ampliatur secundò, etiam in litteris Beneficialibus. Ampliatur tertio, etiam in privilegiis, n. 15. Ampliatur quarto, etiam si fuerit causa partis rescripti tantum, *num. 18.*
- Et rescriptum contineat plura capitula separata, & subreptio non fuerit causa obtinendi omnia, *numero 19.*

De Rescriptis c. Super litteris.

- 14 **M**aximè in litteris gratia, n. 20.
- 15 Et in expellativis, n. 23.
- 16 Ampliatur quintò, si fuerit commissio exprimendo falsum, si taceendo verum, n. 25.
- 17 Ampliatur septimò, etiam si non fuerit causa concessionis, n. 33.
- 18 Limita primò, nisi subreptio dolosa sit circa ea, quæ non tangunt substantiam, vel formam rescripti, n. 34.
- 19 Limita secundo, nisi respiciat unum tantum ex duobus alternativè narratis, n. 35.
- 20 Limita tertio, nisi littera fuerit obtenta motu proprio, n. 37.
- 21 Falsitas non præsumitur in litteris ad lites, sicut præsumitur in litteris ad beneficia.
- 22 Mendacium necat privilegium.
- 23 Subreptio magis vitiat litteras gratiosas, quam litteras ad beneficia.
- 24 Subreptio dolosa in gratiosis etiam si minima sit est attendenda.
- 25 Etiam si Papa alias fuisset concessurus ibidem.
- 26 Subreptio falsitas in litteris Beneficialibus, & gratiosis, quam rescripta ad lites.
- 27 Subreptio etiam dolosa non vitiat rescripta ad lites ipso iure, sed ex exceptione, sed litteras gratiosas, & Beneficialibus vitiat ipso iure.
- 28 Expectative sunt ambiguae, & restringenda.
- 29 Subreptio non dolosa non vitiat litteras in totum, sed eam partem tantum, cuius fuit causa.
- 30 Expressio falsitatis, & suppressio veritatis facta per dolum æquiparantur.
- 31 Exempla dolosa subreptionis per falsi expressionem in rescripto ad lites.
- 32 In litteris Gratia.
- 33 Exempla dolosa subreptionis per veri suppressionem in rescripto ad lites.
- 34 In litteris gratia.
- 35 Dispositio nunquam porrigitur ad defectum suppressionis.
- 36 Sufficit tamen exprimens qualitates in genere.
- 37 Subreptio dolosa vitiat rescriptum in totum, etiam si Principes alias concessisset.
- 38 Intellectus c. Si eo tempore, de rescriptis, lib. 6.
- 39 Alternativè petens non censetur præcisè alterum petere, falsitatis alternativa non possit nisi in uno verificari.
- 40 Minor petens alternativè sibi provideri de beneficio curato, vel simpliciter, censetur se restrictisse ad simplex, cuius est capax ibid.
- 41 Motu proprio omnem subreptionem excludit.
- 42 Dari tamen potest de defectu intentionis, n. 38.
- 43 Subreptio duplex, altera que provenit ex parte impetrantis, altera, que oritur ex parte ipsa. Primam tollit motus proprius. Secundam non.
- 44 Motus proprius relevat ab onere iustificandi gratiam, sed probato intentionis defectu, nihil operatur.
- 45 Requiritur tamen oris assertio, quando in concessione est sublati facultas contrarium dicendi, vel operandi, ibid. *vers. In præiudicium.*
- 46 Subreptio in dubio an præsumatur dolosa.
- 47 Quid in rescripto ad lites.
- 48 Et quid in litteris gratiosis, n. 45.
- 49 Falsi crimen nemo præsumitur committere propter litteras de simplici iustitia.
- 50 Dolum non præsumitur qui commisit in re mota.
- 51 Dolum præsumitur in eo, qui in facto proprio non

- 52 antiquo, neque intricato falsum narrat, etiam in litteris iustitiæ, & n. 46.
- 53 Subreptio in gratiosis semper præsumitur cum dolo, sed hoc præsumptio est iuris tantum, & ideo potest contrarium probari.
- 54 Et si gratia sit modica, dolum non præsumitur numero 46.
- 55 Dolum in litteris gratia præsumitur in eo, qui expressit falsum, vel tacuit verum in facto proprio.
- 56 Ignorantia in facto proprio non præsumitur.
- 57 Falsitas quæ non inducit Principem ad gratiam faciendam, sed est superflua, non præsumitur dolosa.
- 58 Idem si vero expresso Principe difficultus concessisset.
- 59 Dolum in eo, qui suggestit falsum, vel tacuit verum in rescripto ex quo probetur.
- 60 Simplicitati, & imperitiæ parçitur.
- 61 Subreptio per simplicitatem, vel ignorantiam si non fuit causa concessionis, rescriptum non vitiat.
- 62 Quod procedit etiam si impetrans tacuerit ea, quæ de processu sunt necessario exprimenda.
- 63 Idem procedit etiam in Beneficialibus. Sed vide numero 57.
- 64 Sed fallit si qualitates sint tales, ad quarum expressionem impetrans tenetur de iure communi numero 57.
- 65 Item fallit si subreptio cadat in eo, ad quod verba concessionis non adaptantur, ibidem *vers. Motus proprius autem*.
- 66 Item fallit ubi est diversitas personarum, vel causarum ad lites, vel in eo.
- 67 Item fallit si expressio falsitatis facta fuerit non causa demonstrationis, sed causa taxationis, numero 61.
- 68 Littera non vitiatur ex eo, quod impetrans tacuerit beneficium ab alio iniuste possideri, vel persimuliam.
- 69 Et exprimens beneficium cum cura, vel residentia obtinebit beneficium simplex, & residentiam non requiritur.
- 70 Subreptio non est impetratio chauraria sub nomine dignitatis cum sit officium, *vers. At secus est*.
- 71 Stylus Principis attenditur ad dignoscendum an verisimiliter litteræ concessisset, nec ne, ibidem *vers. Ad dignoscendum*.
- 72 Item attenditur, an gratia præiudicium inferat, ibid.
- 73 Litteræ impetrationis ob taciturnitatem beneficii, etiam modici, vitiantur.
- 74 In litteris Beneficialibus non tenetur impetrans facere mentionem nisi de qualitatibus in iure expressis.
- 75 Subreptio per simplicitatem, vel ignorantiam vitiat rescriptum in totum, si sit substantia rescripti indubitata.
- 76 Quod à fortiori procedit in Beneficialibus, & gratiosis, *num. 66.*
- 77 Item procedit etiam quando subreptio non fuit causa finalis, sed impulsiva, n. 67.
- 78 Et quid si alius pro absente litteras impetravit, numero 71.
- 79 Rescriptum iniquum si sit talis veritas taceatur, vel talis falsitas exprimat, quæ tacita, vel expressa, Papa litteræ non dedisset.

64. *Exempla non dolosa subreptionis substantia rescripti inducitur, & n. seq.*
65. *Rescriptum commissiois causa super re feudali non facit mentionem de feudo, non valet.*
67. *Rescriptum vitatur tacendo id, quod si fuisset expressum, nihilominus fuisset obtentum, sed non ita facile.*
Fallit si taciturnitas proveniat ex probabili ignorantia, num. 68.
Nisi taceatur id, quod erat de iure exprimendum, n. 69.
- Subreptum est resignatio eius, qui expressit se esse forenses, cum in impetratione beneficii expressisset se esse civem Romanum, numero 67. vers. Et milites.
- Pensis reservata non facta mentione alterius personis reservata super eodem beneficio est subreptum, ac nulli, ibid.
69. *Rescriptum non vitatur si taceatur id, quod de iure non debet exprimi, licet eo expressit Princeps non ita facile litteras concessit.*
70. *Intellectus cap. Gratia de praben, lib. 6.*
72. *Subreptio per simplicitatem, vel ignorantiam si non fuit causa totius concessionis, sed partis tantum, eam solum vitatur, & non totum rescriptum.*
Quod procedit etiam in beneficiis, n. 76.
Sed fallit si obtentum per subreptionem habeat connexionem cum reliquis, n. 78.
- Item fallit secundum aliquos in privilegiis, n. 79.
Sed contra, num. 80.
73. *Simplicitas respicit ius, ignorantia factum.*
74. *Vitium extenuis vitare debet quatenus ingreditur substantiam actus.*
75. *Exempla non dolosa subreptionis, qua non fuit causa totius concessiois, sed partis duntaxat.*
80. *Privilegia, & littere beneficiales in materia subreptionis aequiparantur.*

SUPER LITTERIS. Famofum, & difficile, ac varias decedens opiniones. Cardin. Emanavit enim ad declarationem opinionum legitimam in iurgium ex intellectu duarum legum, nempe l. *Prescriptione*, & l. *Et si legimus consentaneum*, Cod. *Si contra ius*, vel util. public. que sunt canonizate in cap. *Prescriptione*, & in c. *Et si egibus*, 25. *questione* 2. ejusque decisio attenditur etiam inter Legistas, ex quo in contrarium non reperitur statutum de iure civili, ut declarat Abbas in cap. *Et ex utroque*, numero 10. vers. *Quartus derivus casus*, in fr. de for. compet. & Dec. hic numero 1. in fin. vers. *Et si emanavit*. Item in materia rescriptorum obtinet principatum Ant. de Butr. & notat Bart. in d. l. *Prescriptione*, numero 3. vers. *Certe Domine*; & est clavis totius tituli; Abbas Siculus. Summat variis modis, qui tamen ferè in idem recidunt Joan. Andr. cum quo concordant Bellam. & Anchast. sic summat: Qui per malitiam tacet verum, vel falsum exprimit in rescripto, caret impetratis: idem in eo, qui hoc fecit ignorantia, vel simplicitate si expresso verò, quod tacuit, vel tacito falso, quod expressit, litteras non habuisset: si verò nihilominus falsum in forma communi litteras habuisset, secundum juris formam procederet iudex Bald. summat sic. Qui per malitiam tacet verum, vel exprimit falsum in rescripto, caret funditus impetratis: si verò

hoc facit ex ignorantia, vel simplicitate, & quidem non erat verisimiliter concessurus, similiter non valet: sed si falsum in forma communi concessisset litteras, secundum juris formam procederet iudex; & bona fide habelle præsumitur ubi enormis latro reperitur, Cardin. sic: exprimens falsum, vel tacens verum in rescripto, similitudine caret impetratis si per simplicitatem, aut alias non obtinisset rescriptum, & idem; aut obtinisset secundum juris ordinem, Delegatus procedit. Butr. Imol. & Ioan. de Anan. Jacob. Zocchius vol. 2. *Reperit*, fol. 268. & Quintil. Mand. vol. 6. in appendice fol. 39. Dolosa subreptio rescriptum vitatur indistincte, teneraria verò subreptio vel ex simplicitate, vel ex ignorantia procedens si est substantia rescripti inducitur, totaliter rescriptum vitatur: alias verò si solius formæ specificæ, illam tollit, sed non rescripti substantiam quoad formam communem, Abb. & Ambros. de Vignate vol. 2. *Reperit*, fol. 211. exprimens falsum, vel tacens verum in rescripto, similitudine caret propterea impetratis: sed si per simplicitatem, vel ignorantiam, aut obtinisset verò expresse vel suppressio falso, falsum litterarum in forma communi, & Delegatus procedit servato juris ordine, & non speciali forma rescripti, secus si nullo modo litteras habuisset. Vel breviter secundum eundem Abbatem. Guidop. Bero. & Felin. Dolosa subreptio vitatur rescriptum in totum: si autem processit ex simplicitate, vel ignorantia, extenuis vitatur, quatenus fuit causa concessionis. Hoc dicit. Dividitur in tres partes principales. Prima ponit casum super quo antiquitus erant opiniones, quas recitat. Secundò illas per distinctionem bimen brem ad concordiam reducit. Tertiò dat regularem doctrinam. Secunda ibi, *Nisi iur.* Tertia ibi, *Nisi forma.*

Ad intelligentiam textus præmittendum est primò subreptionem, & obreptionem esse synonymam. & idem importantia, ut præbat textus in l. 1. Cod. *Si contra ius*, ubi in eodem casu rescriptum appellatur subreptum, & obreptum: & ibi illud textum ad hoc ponderat Bald. in princ. in vers. *Obreptione*, & Dec. in c. *Ceterum*, numero 28. vers. *Sed tamen talis differentia*, supra eodem: & l. *Prescriptione*, numero 1. vers. *Nihil actum videtur*, Cod. *Si contra ius*, & quamvis aliqui putent obreptionem esse quando exprimitur falsum, subreptionem verò quando tacetur verum, ut l. *Prescriptione*, 2. in themate, numero 1. vers. *Imo plus lib. 2.* Alii verò existimant litteras obreptas dici quando sub involucro verborum, puta ironice, vel callide, seu fraudulenter loquendo effugiunt deliberatam conscientiam Principis; & subreptas verò quando Papa plene intellexit totum illarum tenorem, sed narrati in eis falsum, vel suppressum verum: & in hac opinione fuerit Innoc. in l. *Causa delicti*, num. 1. 2. & 3. in eadem, & ibi etiam Ioan. de Imol. numero 10. & Bero. hic numero 2. Gemin. cons. 120. *Quia in facto non est 3. in fin. vers.* Et si isto casu, tamen hæc differentia iure non probatur, ut dicit Abbas in eodem cap. *Causa delicti*, numero 7. Dec. & l. *Prescriptione*, & Quintilianus Mandos hic numero 5. In osecuti etiam eos his vocabulis. Deiores promittit utitur, nec constitunt differentiam inter obreptionem,

& subreptionem, & ita magis communiter teneri attestantur. Socin. Sen. in cons. 77. *Lucet in presentia*, num. 86. vel. & Mandos. hic num. 5. in fin. Hanc etiam dicit esse veram opinionem Dec. hic num. 4. quibus adde Caldezinum cons. 304. *Alia primo, de feudo*. Gemin. cons. 33. *Pro examinatione in princ.* & cons. 63. *Dubia supradicta*, in princ. vers. *Secundo præmittit*.

Præmittendum secundò, subreptionem, vel obreptionem causari ex duplici causa, videlicet ex taciturnitate veritatis, & ex expressione falsitatis, ut patet in textu ibi, *tacita veritate*, vel *suggesta falsitate*: & infra ibi, *falsitatis expressionem*, vel *appressionem veritatis*, secundum Anton. de Butr. hic numero 8. & de rescripto subreptio notat Bart. in l. *Prescriptione*, numero 5. vers. *Quæro utrum rescriptum subreptum*; Cod. *Si contra ius*: & de obreptione Bald. ibidem, num. 16. & seqq. & de utroque l. *Prescriptione*, 1. & hic in eadem committi potest etiam falsum exprimendo, quam verum tacendo, ut est text. in cap. *Cum dilecti filii*, infra. de accusat. ubi iurans plenam dicere veritatem, tacendo incurrit poenam falsi. Butr. hic num. 8. & scripsi plenius in c. *Falsitatis*, in 2. not. infra. de crimine falsi: & tangam infra numero 26. Subreptio igitur, vel obreptio est expressio falsi, vel taciturnitas veri, quo non expresse, vel tacito, Papa nullo modo litteras concessisset, sed potius denegasset, textus est hic vers. *Si verò*, & in c. *Dulcium*, 12. vers. *Insuper, de elect.* Vel concessisset quidem, sed non ita facile, ut est textus, in cap. *Postulasti*, infra eodem, aut verisimile est concessurum non fuisse, ut dicit textus, in cap. 2. de sit. *Prescripti*, lib. 6. & notat Gemin. cons. 63. *Dubia supradicta*, in princ. vers. *Secundo præmittit*.

Præmittendum tertio, aliud esse rescriptum falsum, aliud subreptum: nam rescriptum falsum est, quod caret primordio veritatis, ut l. *Cum filius*, §. *Hæres*, ff. *De legat. secundum*, veluti cum rescriptum emanat præter conscientiam Principis, vel Cancellarii sui ab illis, qui sunt inferiores persone, & quæ non sunt ad hoc deputata. Obreptum est illud quod non caret primordio veritatis, quia scilicet emanavit quidem à Principe, seu ab eius cancellario, sed tamen fuit mendacium in eo insertum: & ita intelligi debent iura in l. *Si quis obrepperit*, ff. *Ad leg. Cornel. de fals.* & in l. *Sed si hæc*, §. *Patronum*, ff. *De in ius vocan.* & notat Cynus in l. *Prescriptione*, num. 3. Cod. *Si contra ius* vel util. public. Dic breviter secundum Bart. ibidem, 3. Rescriptum falsum est illud, quod nunquam exivit de cancellaria Principis, Obreptum autem quod est verum in se, sed causæ in eo insertæ sunt falsæ, Sequitur l. *ibid.*, num. 1.

His præmissis descendendo ad materiam decretalis, & ea prosequar per quatuor regulas principales ex textu desumptas, adjectis ampliationibus, limitationibus, & exemplis, ex quibus subreptionis materia, quam scribentes passim clamant esse difficilem, ac profundam, remanebit, ut fallor, clare, & dilucide explicata.

Prima regula est: Subreptio dolosa vitatur rescriptum. Desumitur hæc prima regula ex textu nostro in vers. *Verbi*, qui priori modo: & notat Joan. Andr. Bald. & omnes in *Sum. tex.* in primo, membro, post gloss. in ver. *Priori modo*, Innoc.

in c. & Hostien. num. 6.

Ampliatum primò hæc regula, ut locum habeat etiam rescriptum impetrans effectum sanctum, ut est textus in cap. 1. *Vi lit. pendente*: vitatur enim rescriptum, quia propter meritum vitæ non est recedendum à juris dispositione, & ita per illum textum notat Bald. in Rubrica *Vi lit. pendente*, in fin. & Dec. hic num. 3. licet hoc dictum impugnent Bero. in *secunda lectura*, numero 16. quia sanctus, & perfectus dici non potest, qui dolose falsum exprimit, aut veritatem suppressit, allegat textum in c. *Capete*, 22. *quest.* ult. & in c. 15. cap. *Mibi*, 22. *quest.* sed melius facit c. 1. ibi, uterque reus est & qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit, infra de crimine falsi: & multipliciter respondet ad textum in d. c. *Vi lit. pendente*, qui videtur loqui de Beato Thoma Cantuariensi.

Ampliatum secundò, ut locum habeat non modo in rescriptis ad lites, de quibus specificè loquitur hoc c. *Sed etiam*, & nullo modo in literis beneficiis, quia facilis redduntur nulla, ut dicam infra n. 21. & quia sunt magis odiosa, c. *Quamvis*, de praben. lib. 6. & hic summat Butr. numero 27. Abb. num. 2. in primo notat, Barbat. n. 25. Dec. num. 16. & Bero. in prima lectura, n. 4. & 29. & in secunda num. 61. & 62. & in hoc concordant omnes a fortiori, ut inquit Felin. hic num. 1. *versus in litteris gratia*, num. 5. facit text. in c. *Accedens*, de crim. falsi: ubi in litteris ad lites non ita præsumitur falsitas, sicut in beneficiis, & ibi Innoc. in princ. arguit, quod si quis suggestit falsum in litteris de simplicio iustitia non præsumitur dolose fecisse, secus in litteris gratiæ; quia dolus ex parvis indicibus probatur, l. *Dolum*, Cod. *De delictis*, & cum Innoc. concordant ibi Hostien. num. 8. Joan. Andr. num. 21. Bellam. n. 22. vers. *Hostiensis dicitur*. Cardin. num. 16. Imol. n. 8. vers. *Hostiensis verò*, & Abbas n. 7.

Ampliatum tertio, ut a fortiori locum habeat etiam in privilegiis, quia mendacium necat privilegium, ut inquit Bald. per illum textum, in l. *Et si in princ.* Cod. *Si contra ius*, exemplum in eo, qui secundum impetravit, vel remissionem criminis mendaciter narrando se strenuum militem, & multos latrones apprehendisse, vel transfugas indicasse, ut ibi notant gloss. 1. Paul. de Castro, & alii scribentes, dixi a fortiori, quia subreptio magis vitatur litteras gratiosas, quam litteras ad beneficia, ut voluit gloss. 2. in c. *Non potest*, de praben. lib. 6. & est bonus textus in cap. 1. & 2. de *sum. prescripti* eod. lib. Bero. hic num. 39. Unde subreptio in gratiosis etiam minima sit, est attendenda. Rota. decis. 435. num. 1. p. 3. recent. etiam si Papa alias fuisset concessurus, Puteus, Dec. 424. lib. 1. Rota. ubi sup. 1.

Ampliatum quartò, etiam si dolosa subreptio fuerit causa partis rescripti duntaxat, quia nihilominus vitatur rescriptum in totum, & hoc in poenam dolosi, ut in text. ibi. In sup. per veritatis poenam nullum ex illis literis commodum consequatur. Et ita delegatus nec de causa cognoscere poterit, secundum specialem, vel favorabilem formam traditam in literis, puta ut summarie, ac simpliciter procedatur, nec etiam iuxta juris ordinem: secundum Jo. Andr. num. 10. in ver. *Proferat*. Et ex hoc secundum Abbatem hic n. 2. nota textum apertum, quod subreptio dolosa vitatur omnia contenta in rescripto, licet rescriptum

contineat plura capitula separata, prout hic erant forma, & substantia rescripti, etiam si subreptio non fuerit causa obtinendi omnia, quod est valde notabile, secundum eum. Idem Barbat. num. 25. Quod latius prosequitur Bero. d. num. 5. usque ad num. 9. respondendo ad objecta Philippi Decii.

20 Quod si hoc habet locum in litteris contentiosis, fortius debet obtinere in litteris gratia, ut per Abbatem ubi infra, & cum eo consentiunt hic Bero. num. 13. & Quint. Mendos. num. 7. vers. Ampliant. vol. 6. Repetens. in Appendic. fol. 31. Ratio est secundum Abbatem, d. n. 2. & in cap. Caterum, numero 6. vers. Nam scire debes, supra eodem.

21 Quia subreptio facilius inficit litteras Beneficiales, & gratias, quam rescripta ad lites; illarum enim per subreptionem vitantur ipso iure, hac vero ad lites per subreptionem etiam dolosa regulariter non vitantur ipso iure, sed ope exceptionis. Si autem supra eodem, & infra, c. Plerumque, Bellam. d. 485. Provisus factus, Innoc. Burr. & Abb. in c. Caterum, supra eodem cum similibus, ut dixi in c. Ad aduentum, post Felinum in ibi numero 17. vers. Littera ad lites, infra eodem & est communis opinio, ut hic attestatur Bero. num. 24. vers. Verum antequam, & num. 37.

22 Quia amplior precipe vendicat ibi locum in litteris expectativis, quia sunt ambitiosae, & restringende; & ideo per subreptionem dolosam vitantur in totum, quamvis, il. p. de praeiud. lib. 6. titulus cap. 2. infra de concess. praeiud. & c. 2. eodem tit. lib. 6. Bero. hic num. 43.

24 Et ex hoc colligitur limitationem notabilem ad textum in c. Si eo tempore, de rescriptis lib. 6. Ut procedat quando subreptio non fuit dolosa: tunc enim vitatur solum illam partem gratiae, cuius fuit causa, & non reliqua contenta in rescripto, secundum Abbatem, hic n. 2. vers. Ex quo colligitur, & ita etiam limitari debet quod ait Ant. de Butr. in c. Exhibita, circa fin. vers. Exhibita de iudic. videlicet rescriptum non vitari in totum, si ex copulativè narratis in rescripto una pars sit falsa: nam si malitiosè illa copulative narrata sint, in totum deferent rescriptum vitari. Vel secundò & melius ad textum, in d. c. Si eo tempore, responde, ut dicam infra in 2. limitat. huius 1. regula, n. 35.

25 Ampliatur, supradicta regula, ut locum habeat si subreptio fuerit commissa exprimendo falsum, siue tacendo verum; parificatur enim quoad taciturnitas veri, & suggestio falsi, ut est casus apertus hic, vers. Qui prior modo, (id est per fraudem, secundum Gloss. Innoc. & Holt.) falsitatem exprimunt, vel supprimunt veritatem in suam perversionem penam nullum ex litteris commodum consequantur, & notant Cardin. in 12. not. Abb. num. 2. vers. Et nota, quod hic parificatur, Dec. num. 4. vers. Tertio, Joan. Andr. Bellam. Butr. Anchar. & omnes in summ. tex. in 1. membro, & in specie Ambr. de Vignate, vol. 2. & repetens, fol. 271. qui summat hic, Mendax preceptor dolosus, id est dolo tacens verum, vel exprimens falsum, in totum caret impetrantis, Facit ad hoc quia non solum dicendo, sed etiam tacendo committitur mendacium, l. Ea qua commendant, ubi Butr. num. 1. hic inducit ad testes, ff. De contrahend. empti l. 1. in l. Praescriptio, in 2. not. C. si contra ius, vel iustitiam publicam, & hic iunge quae dixi supra nu. 7.

27 Exemplum dolosae subreptionis per falsi expressionem in rescriptis ad lites habetur in c. Ne dea, §. Si quis verò supra eodem, item secundum Bald. hic num. 7. exemplum in eo, qui dicit se miserabilem personam; & ideo impetravit procedi summarie, & de plano nam si persona miserabilis non est, rescriptum ei non prodest, quia calide mentitus est paupertatis ingenium, ut l. 1. Cod. de Mendic. validus, lib. 11. In litteris autem gratiosis habetur in cap. Ad aures supra eodem, & in cap. Si propugnetur: infra eodem, & in cap. Ex littera de transact. in eo, qui dixit se Clericum, cum nondum esset tonsuratus.

29 Exemplum dolosae subreptionis per veri suppressionem in rescriptis ad lites, est in litigioso, qui dolosè impetrat secundum rescriptum nulla d. prima facta mentione, c. Caterum, & c. Ex tenore, supra eod. c. 2. De dolo & consensu, vel qui tacuit processum habitum super eodem negotio, c. inter. de re iudic. vel de litu pendencia, cap. Causam, l. 2. de testib. Item secundum Baldum hic sub num. 7. Pone exemplum in muliere, quae impetravit rescriptum super actione de dote, cum essent nuptiae incestuosae, ut l. Si quis inest, C. De iust. nupt. Item in eo, qui impetravit tanquam filius, cum esset spurus, ut l. Si quis illius, C. Ad Officiarium, in litteris autem beneficiis habet exemplum habes in cap. Ad aures, & in c. Cum ad hoc supra eodem, & in c. Simul proprio, de praeiud. lib. 6. secundum Cardin. hic num. 13. in 3. quest. post Goffred. & Holt. num. 6. in vers. Priori, & num. 8. in vers. Supprimunt, Abb. Antiqui. num. 3. Jo. Andr. num. 2. Item secundum Bald. num. 7. in fin. In litteris gratiosis potest poni exemplum in eo, qui fecit se legitimari tanquam simplicem naturale, cum esset incestuosus: nam ad defectus suppressos nunquam potest dispensatio, sed oportet exprimi qualitatem defectum, l. Sed filius, §. Patronum, ff. De in ius voc. sufficit tamen exprime qualitatem in genere, puta quod sit illegitimus notus, licet non dicat ex moniali, vel Monacho, secundum Bald. hic num. 8.

33 Ampliatur, & etiam si expressio falsi, vel taciturnitas veri non fuerit causa concessionis, propterea quod eo non expresso, vel tacito Papa nihilominus litteras concessisset, hac enim distinctio an Papa verisimiliter dedisset litteras nec ne, adhibetur in tantum in 2. reg. videlicet quando subreptio committitur per simpliciter, vel ignorantiam: ubi committitur per dolum, vel malitiam, subreptio indistinctè vitatur rescriptum, & innuit gloss. hic in ver. Nullatenus, dum ait, non distingui hoc casu quia falsitas sit expressa, vel veritas occultata, sed sufficere: ut per malitiam hoc fecerit, & tenet expressè Innoc. in princ. in ver. Cognoscat, ibi: Plus dicimus, quia si etiam illud per fraudem obtineat, quod alias obtenturus est, non valet, l. Et si. C. Si contra ius, & cum Innoc. concordat hic Jo. Andr. num. 12. Imolan. §. Abb. in 1. not. Barbat. num. 24. Baro. num. 13. & Quintil. Mandos. num. 7. Dec. in c. Sedes, in 4. not. supradict. Bellam. d. 4. num. 1. Mohed. d. 8. de rescript. ubi decisum fuit gratiam dispensationis vitari per falsam expressionem etatis quinq; annorū, licet non fuerint necessaria, & Papa concessisset, & gratia non sit fundata in dextate, quia in gratiosis, & in facto proprio praesumitur dolo, qui vitatur gratia, Ratio est ob id ipsius dolo.

dolosi Butr. hic num. 3. vers. Ratio prima. Hac enim est poena exprimentis falsum, vel tacentis verum per dolum, vel malitiam, quia redditur indignus gratia; & ideo indistinctè caret impetratio: sic probat hac decretalis ibi, in suam perversionem penam.

34 Nunc limita 1. regulam superius propositam, ut locum non habeat si subreptio non fuit causa formae, nec substantiae, nec alicujus de contentis in litteris, ut quia in illis aliquid falsum dolosè, & scienter expressum fuerit, quod nihil de contentis in litteris concernebat, sed erat omnino extra materiam in illis positam: nam talis subreptio litteras iustificat, vel gratiosas nec in totum, nec in parte vitat, ut hic probatur à contrario sensu, & est de mente Abb. hic à contrario, secundum Bero. in 1. lectura, num. 43. & in 2. num. 53. Ad hoc quod notat Innoc. & Holt. in c. Ex littera, infra de transact. Quod si subreptio scienter commissa fuerit, quae non sit causa concessionis, nullo modo vitatur litterae, & impetrans illarum vigore potest beneficium obtinere.

35 Limita 2. nisi plura in rescripto fuerint narrata alternative, quia tunc si subreptio etiam respiciat unum, illud tantum vitatur, non autem alia in quibus nulla fuit commissa subreptio, ut notabiliter voluit Antonius de Butr. in d. c. Exhibita prope finem, vers. Et si quidem, dicens hoc esse planum, & Bero. hic in 1. lectura, num. 7. post med. vers. Verum nota, licet Butr. mentionem non faciat, & ita potest intelligi textus in c. Si eo tempore, infra eod. lib. 6. nam Papa ibi dedit litteras ad duo alternative narrata, videlicet ad beneficium curatum, vel ad beneficium simplex, Unde quamvis gratia de beneficio curato esset subrepticia propter defectum etatis in litteris non expressum, non tamen propterea vitatur de beneficio simplici, circa quod nulla fuit subreptio, cum impetrans haberet etatem requiritam ad illud obtinendum, & est ratio quia ad veritatem alternative sufficit alteram partem esse veram. l. Ita stipulatus, ff. De verbis obligat. c. Inter ceteras, supra eodem, & quamvis alternative petens non dicatur praecise alteram petere, §. Hic autem, instituit, de alim. Decipit c. Inter ceteras, in 3. not. tamen quando dispositio alternativa ab initio non potest nisi in uno verificari, simpliciter de illo solo facta censetur, arg. l. Si duo, ff. De verbis obligat. Unde minor, qui tacendo defectum etatis, petit sibi providi de beneficio curato, vel de simplici, censetur praecise suam petitionem restringisse ad beneficium simplex, cuius est capax; ac proinde gratia de simplici non vitatur, d. c. Si eo tempore, Quod nota perpetuo ad intellectum illius textus.

37 Limita 3. nisi litterae fuerint obtentae motu proprio Papae, quia tunc subreptio etiam scienter facta non vitatur, & hoc propter virtutem motus proprii ipsius Principis, quae omnem subreptionem excludit. Clemens. Si Romanus de praeiud. cap. Simoni proprio, eodem titulo lib. 6. secundum Bero. hic in secunda lectura, num. 42. Rota dec. 353. num. 1. par. 4. recent.

38 Caterum adverte quia subreptio est duplex, altera, quae provenit ex parte impetrantis, altera, quae oritur ex re ipsa. Primam tollit motus proprius, secundum non Bellam. d. 392. d. 475. Vitalin. in clem. Per litteras, num. 11. & 12. de pra-

scripsi. Card. Seraph. d. 198. n. 5.

Rursus adverte, quia etsi contra litteras motu proprio obtentas non possit dari de subreptione, ut praedixi, tamen potest dari de defectu intentionis, qui subreptioni equiparatur, ut in praallegata decisione Seraphim. 397. num. 2. Imò quod est subreptio in gratia facta ad supplicationem partis, est defectus intentionis in gratia facta motu proprio, ut dicitur in decis. 119. n. 6. par. 5. recent. Et quamvis motus proprius relevet impetrante ab onere iustificandi gratiam, quae solum innititur voluntari, & verbo 2. ap. Achil. decis. 10. de probat. Put. d. 101. lib. 3. Cardin. Seraph. disp. 1.494. num. 10. & in recent. d. 833. num. 3. & d. 445. num. 2. par. 1. tamen non impedit, quin ex adverso possit dari de defectu intentionis Papae, eo quod probato motus proprius non operatur. Bald. in l. Imperiali, §. Si miles, Cod. De nup. Bellam. disp. 392. Callador. d. 4. vers. Non tamen, de peni. cum alia relatis in praalleg. d. 119. num. 3. par. 5. recent. Adverte tamen quia requiritur oris apertio, quando in concessione est sublati facultas contrarium dicendi, vel opponendi, & interpretandi. Capitaquen. d. 134. num. 4. par. 3. Put. decis. 50. num. 2. lib. 1. & d. 377. in fin. lib. 3. Seraph. dec. 351 & 784. n. 1. Rota, d. 137. n. 144. par. 6. recent.

40 Modo pro absolutione huius primae regulae duo superius investiganda. Primum est, An subreptio in dubio praesumatur dolosa ad effectum, ut probans subreptionem relevetur ab onere probandi dolum, secundum qualiter dolo subreptur.

41 Circa primum distinguendum est inter rescripta ad lites, & litteras gratiosas, nam in rescriptis ad lites subreptio in dubio non praesumitur dolosa, & qui fraudem, vel dolum allegat, probare debet, l. Quoties, §. Qui dolo, ff. De prob. nam quilibet praesumitur bonus donec probetur malus, c. Vnde, infra de serm. c. Dudum, de presump. l. Merito, ff. Pro socio, & hic firmant Gloss. in ver. Priori modo, & Gloss. seg. Innoc. in princ. in ver. Falsa fuerit, vers. Et debet probare dolum, qui allegat. Abb. Antiqui. num. 3. in eodem vers. Holt. num. 7. Joannes Andr. num. 21. Bald. num. 14. & alii communiter. Capitaquen. d. 220. num. 1. & 2. par. 3. Et pro hac opinione est textus optimus in c. Accedens, infra de crimine falsi, quem sic summat Abbas Antiqui. propter litteras de simplici iustitia nemo praesumitur committere criminale falsi: & ibi Gloss. 1. & Innoc. in princ. & Holt. num. 4. inde sumunt argumentum, quod huius suggestio falsum in litteris de simplici iustitia, non praesumitur dolosè fecisse. Ratio est, quia de facili possunt obtineri, ut ibi dicitur nec in re modica praesumitur quis dolum commisisse, l. Si oleum, §. Vt, & l. seg. ff. De dolo, & est tamen unus casus, in quo in rescriptis ad lites praesumitur dolo, videlicet quando sunt magnae conjecturae doli, ut hic falsitas in narratione facti proprii, non antiqui, neque intricati, vel si sunt litterae magni ponderis. Et idem de similibus conjecturis, ut hic pulchre per Abbatem, num. 7. vers. Sed tu conclude, & Felin. num. 5. vers. Est etiam unus casus.

In litteris autem gratiosis stat regula in oppositum, quia expressio falsi, & taciturnitas veri sem-

semper presumitur cum dolo, secundum Innoc. in d. c. Accedentes, in primis de crimine falsi: & quamvis loquatur si gratia sit magna: tamen in gratiosis in dubio dolum presumi sentit simpliciter idem Innoc. in d. *Diadema*, al. 1. num. 2. infra eodem Callador. d. 10. num. 3. de preben. Mone-dan. *de fidei uelata*, de rescriptis. Seraphin. d. 20. num. 4. Rota d. 155. num. 5. p. 4. recent. & sequitur Felinus, hic num. 5. vers. Et quod in gratiosis, qui tamen subdit hanc presumptionem non esse iuris, & de iure; & ideo posse probati subreptionem dolo caruisse. Sed Host. in d. c. Accedentes num. 3. vers. Si vero, dicit in litteris gratiosis esse attendendam qualitatem gratie, & personam impetrantis, & secundum hoc contra ipsum presumendum esse plus, vel minus. & cum Host. concordant ibi Jo. Andr. & quod in gratia modica dolum non presumatur tenet Bellam. hic num. 22.

Rursum attendendum an impetrans suggesserit falsum in facto proprio, quia in litteris gratie presumendum est contra ipsum, ut patet in l. *Qualis*, C. de rescrip. vendit. & notat Gloss. 1. in d. c. Accedentes, ibi, sed pone quod falsum asseruit circa rem propriam, cuius notitiam habuit, presumitur contra ipsum, quia non presumitur quis ignorare factum proprium rei: & cum Gloss. concordant ibi Host. num. 4. vers. Sed quid fecerit factum proprium, Butr. num. 7. vers. Sed pone, dicit Gloss. Mohed. dec. 8. de rescriptis. Accorambon. d. 17. lib. 1. Seraph. d. 561. num. 2. Rota d. 205. num. 13. p. 6. rec.

48 Sunc tamen duo casus in quibus subreptio in beneficialibus non presumitur dolosa, secundum Felin. hic num. 5. vers. Sunt tamen. Primus est quando falsitas non est talis, quae verisimiliter debeat inducere Papam ad gratiam facilius concedendam, sed est superflua, quia tunc in dubio non presumitur dolosa, cum dolum sit quaedam machinatio exquisita, l. 1. ff. de dolo, quae in superfluis, & inutilibus non est verisimilis. Bellam. d. 4. q. 4. quae incipit Falsi expressio non dolosa.

49 2. Casus est quando falsitas est circa illud, quod si esset verum, potius debuisset Principem retrahere a concessione, puta dixit sacristiam esse dignitatem, cum non esset; nam si esset dignitas, Princeps difficilior concessisset, & si non esset, facilius concessisset, talis ergo falsitas non presumitur dolosa. Rota in *Antiquis*, d. 19. in fin. de preben. Bellam. d. 155. incipiens Falsi expressio litu pendencia.

50 Circa 2. id est qualiter dolum, seu fraudem, vel malitiam probetur generaliter dicendum est probari ex perspicuis indicis, ut est text. in l. Dolus, C. de dolo, puta ex qualitate personae, & ex forma rescripti, ut dicit Gloss. hic in ver. Nullatenus, vers. Sed qualiter probetur malitia, specialiter autem, ut verbis utar Hostien. hic num. 8. Probabitur haec fraudem eo ipso, quod impetrans probatur sciens, l. Veritas, ff. de probat. & l. Non omnes, §. de Barbaris, ff. de re militari, & l. Dolus, C. de dolo. Ergo probata scientia, fraudis probata intelligitur, nisi in communi forma impetretur, ut c.

51 Accedens infra de crimine falsi: ita Host. qui tamen iterum declarat dictum suum procedere in homine curioso, & diligenti; secus vero si sit simplex homo, quia tali subreptum est, licet probetur scientia. c. 3. de consecrat. distinctione 3.

c. Cum unum fororum infra de verum permut. neque enim obest quod per simplicitatem commissum est, ut l. 1. §. ult. ff. de verum inspic. Item imperitia patitur l. Cum de indubio, §. 1. ff. de probat. & l. 1. §. ult. ff. ult. ff. de edendo, cum concord. de quibus per eum numero 5. Sed tandem hanc distinctionem non admittit nisi per aliquas conjecturas relevetur, quod committitur arbitrio iudicis ne viam aperiamus, &c. Arg. c. Nonnulli, infra de verum, &c. c. Prius infra ut beneficia ecclesiastica, quibus verbis intendit Host. ut probata scientia, censetur probata malitia, & si impetrans sit homo simplex, nisi per aliquas conjecturas arbitrio boni iudicis relevetur, & cum ipso concordant Joan. Andr. num. 21. & alii supra citat. num. 14.

52 2. Regula expressio falsitatis, vel taciturnitatis veritatis ex simplicitate, vel ignorantia proveniens, si non sit causa concessionis, eo quod expressa veritate, vel tacita falsitate, Princeps nihilominus litteras concessisset rescriptum non vitiat. Habetur haec reg. ex verbis textus ibi: Si talis expressa falsitas, vel veritas occulata, quae quamvis fuisset tacita, vel expressa, Nihilominus litteras dedissemus, &c. Et eam ponit Innoc. num. 1. vers. 2. reg. Host. num. 10. Joan. Andr. num. 25. Bellam. num. 17. vers. Aut tacita veritate, Butr. num. 3. vers. 3. reg. & num. 6. Cardin. num. 13. in §. 4. & 1. reg. Anchar. num. 4. Imol. num. 6. vers. Nota quod ubi Bellam. d. 4. & 155. Callador. d. 12. num. 15. de preben.

53 Amplia primo hanc 2. reg. ut locum habeat etiam si impetrans taceret ea, quae de procellu sunt necessariò exprimenda, quia valent litterae etiam tale quid si omisum, quo expressio Princeps nihilominus litteras concessisset, ut determinat Innoc. hic num. 1. in ver. in communi forma, arg. c. Oblata infra de appellat. licet alii contra.

54 Amplia secundo etiam in beneficialibus, ut est textus in c. *Didonum*, vers. Considerantes, de preben. lib. 6. qui in materia beneficiali expressio vult ut taciturnitas alicujus qualitatis, quae expressa nihilominus Princeps litteras concessisset, non vitiet eas. Ad idem textus in c. *Sipro Clericus pauperibus*, eodem tit. & lib. ubi taciturnitas defectus factorum Ordinum non vitiat litteras, ex quo impetrans intra tempora à jure statuta potest promoveri ad Ordines, quos requirit beneficium. Et per haec iura tradit Felinus hic num. 2. Bellam. d. dec. 4. Callador. d. 12. num. 15. de preben. Caesar de Grass. d. 8. num. 2. eodem titulo. Rota d. 430. numero 6. p. 4. & d. 24. num. 4. vers. Sane haec ratio, p. 5. & d. 140. num. 7. & d. 222. num. 23. p. 7. recent. Hinc fit, ut si taceatur beneficium ab alio iniuste possideri, vel per simoniam, non vitietur litterae, ut notant Innoc. & Host. in c. Ex litteris, de transact. & qui narravit beneficium cum cura, vel residentia, obtinebit beneficium simplex, & residentiam non requirens, quia multo potius Papa hoc concessisset, Rota dec. 73. Papa supplicat, alias 502. de rescriptis, in *Antiquis*, & Felinus hic num. 2. vers. Et ad idem Rota. Verum tamen Gloss. in c. Si motu proprio, in vers. Taceat, de preben. lib. 6. tenet hic cap. 6. in 2. reg. non habere locum in beneficialibus, quia non sufficit, ut Papa verisimiliter voluerit providere, sed requiritur provisorio, & facta in uno casu, non porrigi-

figitur ad alium, cap. Susceptum, infra eodem lib. & opinione Gloss. dicit videri veriorum Dec. hic num. 18. vers. Et illa veritas videtur. De quaplenius differit Bero. num. 49. vers. contrarium, & num. 51. vers. deinde statim opinio. Sed non videtur recedendum à 1. opinione, quam passim servat Rota ut in precitatis de ceteris.

Motivum autem Glossae potest procedere si subreptio eaderet circa id ad quod verba litterarum non adaptantur. Unde si quis exprimat dignitatem cum sit beneficium simplex, non valent litterae, licet Papa simplex beneficium facilius concessisset, quia dignitatis appellatione non venit beneficium simplex, c. Si forte, juncta Gloss. in ver. Dignitatem, de elec. lib. 6. & simili modo impetrans praebendam integram, non poterit obtinere dimidia, licet dimidiam facilius impetrasset, quia appellatione integræ praebendæ non venit dimidia, text. est in c. Cur, de non sacerdotali: de preben. lib. 6. & in litteris beneficiis tanquam ambitionis non fit extensio de casu ad casum, etiam ex maiori parte rationis, nec valet arg. de maiori ad minus etiam affirmative, ut in d. c. Cur de non sacerdotali: & in c. Quoniam de preben. lib. 6. & in c. Susceptum de rescriptis, eodem lib. & notat Bero. hic numero. 44. p. 1. prime, vers. Haec ratio non placet, in prima lectione, & in 2. numero 55. & in hoc casu intrat ratio Glossae quod non sufficit, ut Papa voluerit providere, sed necessaria sit provisorio. Ac secus si subreptio sit circa qualitatem beneficii, quam si Papa scivisset, eodem modo, vel facilius concessisset tunc enim non applicatur motivum Glossae, quod non sufficit, ut Papa voluerit providere, sed requiritur provisorio; quoniam Papa tunc verè providere de beneficio, licet eius qualitatem ignoraverit, quam tamen si scivisset, eadem vel maiori facilius providisset, & ideo subreptio non vitiat, ut d. c. *Didonum*, & ibi Gloss. in ver. De ipse, & in c. Sipro Clericus, de preben. lib. 6. & tenet Rota d. 11. num. 10. p. 6. rec. Caput. dec. 160. numero 1. p. 1. ubi allegat Romanum cons. 194. in 2. dubio, & Cravet. cons. 2. num. 17. & 19. Quo si ubi quis impetraverit l. restaurari in certa Ecclesia sub nomine dignitatis, cum esset Officiarius, talis subreptio non vitiat litteras, ut pro maiori parte tenuerunt Domini de Rota dec. 582. alias 4. Quidam obviunt, de rescriptis, in *Antiquis*; quia si fuisset narratum illud esse officium, Papa eodem modo, imò facilius dedisset, cum facilius conlueret conferre beneficia minora, quae sonant in Officium, quam Dignitates, & facilius beneficia simplicia, quam Curata, ut in c. Ad alios, supra eodem & in c. Gratia eod. titulo lib. 6. Et illam decisionem sequuntur hic, & pluribus confirmant Abb. numero 6. vers. Et ad praedicta. Dec. & Bero. in l. l. lib. 6. numero 44. & in 2. n. 54. & segg. Ad cognoscendum autem quae sint illa, quibus expressio Papae verisimiliter gratiam concessisset, vel non concessisset, attenditur communis stylus Principis, vel usus Cancellariae; item probabilis conjectura, vel communis usus aliarum litterarum, quas Principes concesserunt, vel concesserunt concedere, alias nunquam deprehendi posset, nisi Princeps fecisset gratiam, fuisset expressum, nec nisi forte enim fecisset, & forte non, ut bene per Lapum allegat. 19. Duo Praetati Quod latius prosequitur Felinus hic numero 4. vers. in 1. reg. & censuit Rota apud Callad. d. 12.

55 Proff. Fagn. in 1. part. primi Decretal.

56 Proff. Fagn. in 1. part. primi Decretal.

57 Proff. Fagn. in 1. part. primi Decretal.

numero 14. de preben. & in rec. d. 105. numero 1. & 3. & d. 739. numero 1. part. 2. Potissimum verò attenditur, an gratia praedictum inferat, quia tunc presumptio est Papam vel non concessurum, vel difficilior, ut dicitur in praedicta d. 105. numero 3. Et tenet Cardin. cons. 98. videtur unio numero 8.

58 Limita 1. hanc 2. reg. ut locum habeat dummodo qualitates non expressa sint tales, ad quarum expressionem non tenetur impetrans de iure communi: secus si sint tales, de quibus impetrans debuit de iure mentionem facere, quia tunc taciturnitas earum vitiat, etiam si a iura Papa omnino litteras concessisset, ita procedit text. in cap. *Simul proprio*, de preben. lib. 6. ubi taciturnitas beneficii prius obtenti, quantumvis modici, vitiat litteras impetrationis. Hoc enim procedit quia de obtento etiam modico de iure est faciendum mentio, ut ibi in Glossa penult. & post Dominicum declarat Felinus hic numero 2. vers. Limita 1. Dec. numero 18. & regula est quod non tenetur impetrans facere mentionem in litteris beneficialibus, nisi de qualitatibus in iure expressis, Felin. ubi supra qui allegat Calder. cons. 6. de preben. & Domin. in c. Postulasti, infra eodem.

59 Limita 2. ut non procedat ubi est diversitas personarum, vel causarum actoris, vel rei quia tunc etiam si super tacto fuissent datae litterae, nihilominus rescriptum obrepticum vitiat. Ita Calder. cons. 11. Episcopus Delegatus, de sententia excom. allegat. cap. Significante, infra eodem. & sequitur Felinus hic numero 1. circa finem, vers. Et dicit quod regula.

60 Limita 3. dummodo ea, quae sunt expressa circa qualitates beneficii, expressa sint causa demonstrationis, subreptio non dolo non obest, si Princeps nihilominus concessisset, secus vero si expressa essent causa taxationis, quia tunc rescriptum beneficiale non potest reduci ad ea, quae si fuissent bene expressa, non retrotraherent Principem a concessione litterarum. Rota d. dec. 4. numero 5. vers. Alii tamen, de rescriptis, in *Antiquis*, Domin. in cap. Postulasti, infra eodem: & hic notat Felin. num. 3. vers. Limita 4. Dec. numero 18. vers. 2. & Bero. in l. l. lib. 6. numero 44. & in 2. n. 54. Quando autem aliquid dicitur expressum causa demonstrationis, vel taxationis, vide per eundem Bero. numero 43. in prima lectione, & in secunda n. 57.

61 Tertia regula; Expressio falsitatis, vel subreptio veritatis per simplicitatem, vel ignorantiam vitiat rescriptum in totum, si sit substantia rescripti inductiva, seu fundamentum, vel causafactoris concessionis, id est si Princeps tacita falsitate, vel expressa veritate, nullo modo dedisset litteras. Desumitur haec tertia regula ex littera huius textus, ibi: Si vero per buimodi falsitatem expressionem, vel suppressionem etiam veritatis litterae fuerint impetratae, quae tacta, vel expressa nos nullas pro sua litteris dedissemus: & eam ponunt hic Innoc. numero 4. in vers. Si vero tertia regula; Hostien. numero 10. vers. Vel per simplicitatem, Joannes Andr. numero 11. & notant Abb. numero 4. & 6. Felinus numero 6. vers. Limita 5. & Dec. num. 8. in 2. notat, & idem Abbas in c. Constitutio in 2. notat, & in c. Sedes, numero 4. supra eodem: & in c. Ad audientiam, numero 14. & ibi Felin. num. 22. in 3. ampliat, infra eodem Franc. in c. Si tunc p. 89.

- 62 pore, num. 4. de re scriptis, lib. 6. Bellam. diff. 4. num. 1. & probatur ratione evidenti, quia deest voluntas concedentis, a qua dependet substantia re scripti: nam, ut ait glossa hic in ver. *Litteras deest*, simplicitas, & ignorantia non prodelt circa huiusmodi litteras impetrandas, imò ad hoc re scriptum tenet, nihil debet supprimi ex iis, quae movere possunt animum Principis ad dandum re scriptum, vel denegandum. Et infra immediate ponit quamplurima exempla, & in fine dat generalem theoricam his verbis: (& generaliter ubicumque talem veritatem tacuit, vel talem litteram expressit, qua tacita, vel expressa, Papa litteras non dedisset, re scriptum inutile fit) ac cum glossa concordant Hostien. numero 10. Joan. Andr. num. 25. vers. Aut id factum, Bellam. num. 13. post med. vers. Aut non habuisset. Butr. numero 3. vers. Tertia regula, num. 5. Card. numero 13. vers. Quinta regula. Anchar. numero 4. vers. Et tunc aut ex falsitate, Imol. numero 6. vers. Secus si Delegatus, Abbas in 2. notab.
- 64 Exempla huius 3. regule, secundum Innocentium hic numero 4. vers. Nos nullas, habentur in cap. Ad aures, de cohabit. clerici, & mulierum in c. Super eo, & in c. Cum olim, de re indicat. in c. Inter dilectos, de fide instrum. in c. Cum adeo, & in c. Constitutus, supra eodem: in c. Ex litteris, de translatioe, & in l. final. Cod. Sent. re scriptis non posse.
- 65 Aliud exemplum quando in totum vitietur re scriptum propter subreptionem, vel obreptionem ex ignorantia, vel simplicitate poni potest si impetretur re scriptum commissionis causae ab ipso Papa super re feudali non facta mentione, quod feudalis sit quia tunc Papa vorissimiliter se non intromississet super re feudali, nisi forte in defectum non administratae iustitiae, ex quo ad dominum feudi talis cognitio spectabat, ut in constitutione Federici. *Hac utilitati*, §. *Præterea*, cap. Caterum, & c. Novit de iudicio, cap. Ex transmissis, & c. seg. de for. compet. Unde quia hac subreptio, & taciturnitas fuit causa totius concessionis, re scriptum corrumpit in totum, licet ignorantia, vel simplicitas, non autem dolus intervenerit, utroque enim casu litteræ pariter viciantur: nam et si dolus præponderet simplicitati, & ignorantia, tamen idem erit effectus, quando subreptio fuit causa totius concessionis, ut bene per Quintil. Mandol. in repet. huius cap. numero 7. in fin. vers. Exemplum, tom. 6. Repeten. in Append. fol. 31.
- 66 Ampliatur primò hæc tertia regula, ut à fortiori locum habeat in litteris beneficiis, & gratiosis, ut concludit Abbas hic in 2. not. Felin. numero 6. vers. Limita quintò, & Dec. num. 17. Seraph. d. 734. num. 7. Rota d. 94. num. 60. & 61. par. 7. recent. & conferunt quæ dixi supra n. 21.
- 67 Ampliatur secundò, ut locum habeat non solum quando subreptio fuit causa inductiva, & finalis ipsius concessionis, sed etiam quando fuit causa impulsiva, ut quia Princeps etiam cessante subreptione fuisset quidem concessurus, sed non ita de facili, seu de levi, & sic subreptio fuit causa impellens; nam nihilominus saltem in gratiosis subreptio vitiat, ut est textus in cap. Postulasti, in illis verbis, de levi non scribimus: & ibi ponderant Doctores, in fr. eodem & tenet Glossa in c. fin. in significatione casus, de filijs Presby-

ter. lib. 6. & ibi Prob. in Aldia. ad Mnach. numero 3. vers. Ipse iure, Abb. hic numero septimo, & in c. Ad aures, numero 4. supra eodem. Gemin. in cap. Dilectum, numero 5. de præben. lib. 6. & ibi Anchar. numero 3. & Franc. ad fin. Imol. in d. cap. Postulasti, num. 4. & ibi etiam Felin. num. 1. Calder. conf. 13. An possident, in tit. De re scriptis, Alexand. conf. 65. Requiruntur, numero 8. vers. Non obstant supra allegata, lib. 7. & conf. 161. Visi narrati, numero 5. vers. Quia littera gratiosa, eodem lib. & milles resolvit Rota, ut apud Callad. d. 12. numero 14. de præben. Put. d. 232. numero 2. lib. 1. Seraph. d. 30. numero 2. ubi decidit resignationem esse subreptitiam si quis in interpretatione beneficii dicat se esse Romanum, & postea in resignatione dicat se esse forensium, quia propter huiusmodi narrativam Papa motus fuit ad facilius concedendum, quam si narrasset se esse civem Romanum cum hoc casu opus esset derogatione: & apud Butr. decis. 55. numero 6. & d. 510. num. 7. & in recent. d. 418. numero 1. par. 1. & d. 670. n. 4. par. 4. & d. 94. numero 60. & 6. par. 7. & d. 730. n. 1. par. 2. ubi resolvit reservationem pensionis non facta mentione alterius pensionis super eodem beneficio reservata esse subreptitiam, ac nullas quia si Papa scivisset dictam pensionem, vel non concessisset secundum, cum non solent duplici onere gravari beneficia, ad notata in c. Mandata, infra eodem: Callador d. 3. pens. cum aliis ibi allegatis: vel saltem difficiliter concessisset, quod sufficit ad causandum subreptionem, atque inde nullitatem gratia. Socin. Senior. conf. 260. numero 2. Corn. conf. 245. num. 6. lib. 1. Cravetta conf. 296. num. 3.

68 Sed tu adverte, quia hæc conclusio non procedit quando subreptio provenit ex ignorantia probabili; tunc enim taciturnitas ejus, quo expresso re scriptum non ita facile fuisset obtentum, illud non vitiat, ut efficaciter probat textus in c. Gratia, de re scriptis, lib. 6. tenendo prout communiter teneatur, quod non ponat calum specialem: nam si Papa scivisset de alio beneficio, non ita facile concessisset, & tamen quia illa taciturnitas erat coopta iusta ignorantia, re scriptum valet: & ita illum textum ad hoc ponderant Abb. numero 5. Felinus numero 6. vers. Limita secundò: ex quo sequitur magnalimitatio ad regulam d. cap. Postulasti, in vers. De levi, videlicet quod tacere id, quo expresso Princeps non ita facile re scripsisset, vitiat re scriptum: nam hæc regula non obtinet quando taciturnitas provenit ex iusta ignorantia, ut per Felin. ubi supra.

69 Pro concordia potest dici primam opinionem glossa, & sequacium procedere quando tacetur id, quod de iure erat exprimendum in litteris: tunc enim taciturnitas utcumque non dolosa vitiat litteras, etiam si Papa eo expresso concessisset, quamvis non facit, ut cap. Si motu proprio, de præben. lib. 6. & constat ex dictis supra num. 58. Secus verò si per ignorantiam taceatur id, de quo non effectum in iure, ut debeat exprimi: quia tunc litteræ non vitiatur, licet eo expresso difficiliter fuisset obtentum: ita glossa in Clem. 1. in vir. Vel alteri paulo post. primo de præben. Calder. conf. 6. ad fin. vers. Ver prædicta, eodem tit. & conf. 16. de re scriptis & conf. 1. n. de filijs Presbyter. Felinus hic num. 2. vers. Irregularis est.

est, & in c. Postulasti, numero 1. vers. Declara etiam, in fr. eodem Rota d. 32. Extra Rotam: numero 50. de re scriptis, in novis, ubi ait: (Non omnia tacita, quorum expressio movere potuisset ad denegandum gratiam, vitiatur; sed ea solum, de quibus reperitur expressum, vel de quibus in iure est cautum, ut eis expressis eam gratiam nullatenus concessisset: J. & ideo concessio facta per Papam criminoso valet ipso iure, cap. Inter dilectos, de excessu, Pralat. 3. Accedens, de accusat. & notat præcitata glossa in Clem. 1. & tamen si fuisset crimen expressum, hoc valde potuisset movere ad denegandum, c. Eamte, de etas. & quatuor, cum simil. concordat Bellam. d. 697. Conclusio extra Rotam, numero 4. & 6. Capitaq. d. 310. n. 3. par. 1. Mohedan. d. 7. de re scriptis. Rot. d. 105. n. 2. par. recent. Navar. conf. 1. quest. 11. de confis. & conf. 2. numero 5. de re scriptis, & in aliis pluribus.

70 Verum huc concordia adhuc fortiter obstat textus in d. c. Gratia, de re scriptis, lib. 6. nam ibi deciditur, ut impetrans beneficium à Papa tacito alio, quod sibi absenti collatum fuerat ab Ordinario, possit utrumque retinere si sint compatibilia; si verò incompatibilia fiat, habeat optionem retinendi quod maluerit: & redditur ratio decisionis, quia tempore impetrationis nesciebat, & tamen fuit ignoranter tacitum beneficium, quod de iure erat exprimendum, d. c. Si motu proprio, de re scriptis, lib. 6. Ergo subreptio ex iusta ignorantia proveniens non vitiat litteras, etiam si fuerit tacitum id, quod de iure erat exprimendum.

Doctores dant varias solutiones, ut per Joan. Andr. in d. cap. Gratia num. 2. & hic per Butr. num. 27. Abb. num. 5. & Beron. in prima lectura, num. 41. Sed placet solutio ipsius Beron. num. 42. videlicet quod ibi subreptio ex iusta ignorantia proveniens idcirco non vitiat litteras ad beneficia, quia ex ignorantia tacitum fuit beneficium, in quo impetrans ius in re non habebat, sed tantum ius ad rem; nam fuerat collatum beneficium absenti, ignorantem per Ordinarium, quo casu absenti non acquiritur ius in beneficio, saltem in re, & irrevocabiliter, nisi per ratificationem, ut cap. Si tibi absenti, de præben. lib. 6. & ideo subreptio proveniens ibi ex tam probabili ignorantia non vitiat litteras, quia ad hoc vitietur, debet taceri beneficium, in quo impetranti est acquiritum ius in re quantumque sit modicum: & ita procedit textus in d. c. Si motu proprio, de iure autem ad rem non est faciendum in litteris Clem. Gratia de re scriptis. & hæc est ratio, cur in d. c. Gratia, subreptio ex tolerabili ignorantia proveniens non vitiat, quia fuit tacitum id, quod de iure exprimendum non erat, licet eo expresso Papa non ita facile litteras concessisset.

71 Limitant nonnulli hanc tertiam regulam, ut non procedat si alius pro absente litteras impetravit, quia subreptio non nocet absenti, & ignorantia, Rota d. 69. D. Urbanus V. de re scriptis, in antiquam sequimur: Felin. num. 7. & Bart. Socinus conf. 270. Consilium 1. ad fin. sed eam confutat Dec. num. 6. quia intentio re scribentis attenditur, & non ignorantia partis, licet probabilis. Adde, quod subreptio vitiat etiam quando alius pro eo impetravit, ut probat tex-

tus in c. Si eo tempore, ibi, (secus si ad petitionem illius, vel alterius pro eo oblatam, J. de præben. lib. 6. ubi hoc tenent Anch. in 3. not. & Franc. n. 3. 4. Regula; Subreptio per simplicitatem vel ignorantiam, quæ non fuit causa totius concessionis, sed partis illius dumtaxat, re scriptum non vitiat in totum, sed eatenus tantum, quatenus fuit causa concessionis. Colligitur hæc 4. reg. quæ in ordine litterarum est 2. ex illis verbis (Nota si talis expressa sit falsitas, vel veritas occulta, quæ quomvis fuisset tacita, vel expressa, nos nihilominus, saltem in forma communi litteras decilemus, Delegatus non sequens formam in litteris ipsis appollam secundum ordinem juris in causa procedat.) Et sic re scriptum non vitiat quoad substantiam, quia subreptio non fuit substantia re scripti inductiva, ex quo Papa in forma communi litteras concessisset, sed vitiat quoad formam, seu modum procedendi, quia subreptio fuit ipsius forme inductiva: & ideo delegatus non procedit secundum formam re scripti, sed secundum juris ordinem; & ita hanc regulam ponunt hic Abb. Antiqui n. 3. vers. Quia per simplicitatem Joan. Andr. num. 8. Butr. n. vers. Tertia regula Cardin. numero 15 in 3. & 4. reg. Imol. in prime Abb. Siculus in 2. not. & n. 4. vers. Secunda regula Felin. num. 2. Dec. num. 8. in 3. not. & Quint. Mandol. num. 7. Jo. Andr. Paul. Bellam. & omnes in sum. tex. Et simplicitas proprie vitiat ius, ignorantia vero respicit saltem, secundum Abb. Antiqui num. 2. & Jo. Andr. num. 11. & ratio huius reg. est secundum Anton de Butr. num. 1. vers. Ratio secunda; & Jo. de Imol. col. 4. post medium, vers. Et illam opinionem; quia vitium eatenus actum vitare debet, quatenus ingreditur actus substantiam, ut sic quantitas infirmitatis actus mensuretur quantitati vitii; & hoc rationabile. Si ergo subreptio causat formam solum, illam tantum vitiat relicta substantia, & sequitur Rota d. 160. num. 8. vers. Et bene applicatur elegata doctrina Butrii 71. recent.

72 Exemplum in creditore, qui impetravit re scriptum contra debitorem, narrando per ignorantiam, vel simplicitatem ex statuto, vel consuetudine causas in 1. instantia cognosci simpliciter, & de plano; quod falsum erat, cum verè in illa patria procederetur in causis via ordinaria, non autè summaria, ac privilegiativa, & quæ tollat plura substantialia iudicii, iuxta textum in Clem. Sape de ver. signis. & in Clem. Dispersi diosani, de iudicio; & sic ignorantia, vel simplicitas impetrantis narrando huiusmodi consuetudinem, vel statum, fuit causa inductiva forme re scripti, id est procedendi summarie & de plano; & ideo hæc forma vitiat, quia si Papa non fuisset narraturum de huiusmodi consuetudine vel statuto, sub tali forma litteras non concessisset; sed non fuit inductiva substantia re scripti, quia etiam cessante statuto, vel consuetudine Papa in communi forma concessisset litteras, & ideo non vitiat re scriptum quoad substantiam sed perinde est ac si causa simpliciter commissa fuisset absque illis clausulis insolitis. Iudex igitur delegatus vigore huius re scripti non procedet summarie secundum formam re scripti sed via ordinaria, & juris ordine servato, iuxta textum in l. 1. & in Auth. Offeratur, C. De lit. concess. & in l. Pralam. C. De senen. & in c. Quoniam contra, infra de præben.

bat. Et hoc exemplum posuit hic Hostiens. num. 10. & post eum Jo. Andr. num. 8. vers. Item in a-
regue, Mandol. num. 7. & alia plura exempla
recenset Jo. Andr. eodem numero 8. & Baldus
in 1. Prescriptio, numero 10. & segg. Cod. Si contra-
tus, voluit. publicam, quæ hic non transcribo,
sed per te videas.

Ampliatur hæc 4. reg. ut procedat etiam in li-
teris ad beneficia, in quibus pariter subreptio non
dolosa, quæ fuit causa unius rei illam solam vi-
tiat, & non aliam, cuius non fuit causa. Ita fir-
mant hic Butr. Imol. Domin. & Abb. relati-
Felin. numero 2. & idem Dominicus late in pre-
sentibus, cap. Postulasti: infra eodem Rota dec. 4.
Quidam obtinuit de re scriptis in antiquis, & Calder-
conf. 2. eodem titulo & probatur secundum Abba-
tem & Felin. in c. Si eo tempore, de re scriptis, lib. 6.
ubi subreptio circa ætatem impetrantis benefi-
cium, non autem quoad beneficium simplex,
in quo nulla fuit subreptio.

Limitatur primò hæc quarta regula nisi, ob-
tentum per subreptionem habeat connexitatem
cum reliquis, quia tunc ratione connexitatis sub-
reptio vitat omnia, textus est in cap. Constitutum,
supra eodem qui loquitur in literis ad beneficia, &
notat Abbas hic numero 5. vers. Hoc verum, & post
eum Felinus, num. 2. vers. Limita 2. qui idem pu-
tant in literis iustitiarum, arg. 6. Si super, de Offic.
Delegat. lib. 6. & sic intendunt, ut etiam si illa
connexa sint talia, quibus expressis omnino li-
teras concessisset, nihilominus in illis non valent
literæ propter connexitatem, quam habent cum
paribus literarum subreptione obtentis. Quod
bene nota, & idem Abb. in c. Sedes num. 4. ubi
etiam Felin. num. 2. supra eodem Franc. in c. Si eo
tempore, num. 4. de re scriptis, lib. 6.

Limitatur secundò, ut non procedat in privi-
legiis, quia per subreptionem etiam non dolosam
vitiatur indistincte, ut hic firmant Butr. Imol. &
Domin. relati à Filino num. 3. qui allegant Cy-
num, & Jacobum Butrigar. in 1. Prescriptio,
Cod. Si contra tus, vel utitur. public. & Joan. Andr.
in c. Cum dilectis, infra eodem: & rationem reddunt,
quia privilegium est lex privata, & mens ge-
neralis, & specialis concedentis in privilegio
est præcisà, quia præcisè intendit privilegium
concedere. Sed in literis contentiosis mens ge-
neralis referribilis est inquirere, ut iustitia mi-
nistretur, & specialis est circa formam, ideoque
vitium formæ non vitiat substantiam. Sed in ad-
verte, quia, ut dicit Imola, etiam in literis bene-
ficialibus mens Papæ est præcisà, quia præcisè in-
tendit beneficium conferre: & tamen in huius-
modi literis subreptio non dolosa, quæ fuit cau-
sa unius rei illam solam vitiat, & non aliam, cu-
jus non fuit causa, ut dictum est supra num. 7. et
ergo idem dicendum in privilegiis: in materia e-
nim subreptionis privilegia, & literæ beneficia-
les parificantur, ut tenet Innoc. in c. Cum dilecti
num. 3. vers. Quia in aliis casibus infra eodem, & Abba-
tem, num. 1. Unde merito prædictam limitationem
reprobat hic Felin. num. 7.

In glossa magna nota bene hanc glossam, quia
est Magistra, & docet quæ sint exprimenda in re-
scriptis, ut vitetur subreptio: & in materia vide-
decem regulas cum ampliationibus, & limita-
tionibus, quas collegit Felin. hic a n. 8. usque in fin.

DE RESCRIPTIS.

Cap. Nonnulli.

S Y M M A R I U M.

- R**em coram delegato Papa trahi non potest ul-
tra duas dietas.
- Episcopi, & Archiepiscopi, & Legati au pos-
sunt causas delegare ultra duas dietas.
- Episcopus extra diocesim causas audire, aut delegare
non potest.
- Reus in qualibet parte diocesis citari potest coram
delegato ab Episcopo, etiam ultra duas dietas. &
num. 6.
- Metropolitani non potest causas audire, vel commit-
tere, nisi in diocesi sua, vel in diocesi iudici à quo
fuit appellatum.
- Dietæ non computantur à loco ubi reus domicilium ha-
bet, sed à finibus sue diocesis.
- Si agatur actione personali.
- Et quid sit actio realis, aut personalis in rem scripta, vel
quæ datur ad certam rem.
- Reus tantum gaudet beneficio, ut trahi non possit ultra
duas dietas, non autem actor.
- Actor originalis si fiat reus in iudicio reconventionis,
aut appellationis, vel alius, citari potest etiam ultra
duas dietas à finibus sue diocesis.
- Actor in iudicio reconventionis dicitur potius citare,
quam citari.
- Reus conveniri potest ultra duas dietas, si partes expresse
consentiant in iudice remotos.
- Idem si Papa rescribat ex certa scientia.
- Rei exsilio ad curiam trahuntur ultra duas dietas, nisi
sint privilegiati.
- Dietæ hodie rescriptis sunt ad unam tantum, ultra quam
si fiat delegatio, non valet sententia.
- Dietarum tria sunt genera, & de quibus dietis hæc con-
stitutio intelligatur. & n. segg.
- Hostiensis ex villa Secusia oriundus.
- Verba ex communi usu loquendi sunt accipienda etiam
contra naturam vocis.
- Arbitrium iudicis succedit in his tantum, quæ à lege non
sunt determinata.
- Abbatibus benedicti, an possint tonsuram, & minores
ordines conferre secularibus, in quos habent or-
dinarium iurisdictionem, non obstante cap. 10.
sess. 23. Concilii Tridentini. & num. segg. us-
que in finem.
- Concilium generale debet expresse, & specialiter derogari,
nec sufficit generalis derogatio.
- Contrarium num. 37. vers. Nec est omittendum.
- Declaratur, num. 28. & segg.
- Regulares possunt secularium confessiones audire absque
Episcopi licentia, quoties Episcopus eam exhibere recu-
saverit. Contrarium n. 43.
- Privilegia in corpore latis clausa non censentur
sublata per generale privilegiorum derogationem.
- Contrarium, num. 38.
- Declaratur, num. 41.
- Privilegium conferendi minores Ordines concessum Ab-
batibus in V. Synodo generati, expenditur.
- Intellectus cap. Quoniam, 79. dist. ibidem & num.
segg.

Abba-

- Abbatum privilegium ordinandi seculares, in quos ha-
bent ordinariam iurisdictionem, an sit insertum in
corpore iuris, & n. 27.
- Abbas sit Presbyter, & benedictus, potest Novitio sui
monasterii primam clericalem conferre tonsuram, si-
cet consultum sit ut abstineat.
- Conciliaria decreta non includuntur in derogationibus
generalibus, si derogationes huiusmodi ponantur in
literis gratiæ, & rescriptis contrariis.
- Constitutio posterior tollit priorem directè contra-
riam etiam Conciliarium, licet de illa mentio-
nem non faciat.
- Concilia generalia habent clausulam derogatoriam ad
sequentia rescripta contraria, non autem ad sequen-
tes constitutiones, etiam si sint solius Papæ.
- Conciliis generalibus posterior decretum tollit primum
contrarium, quamvis generali Concilio expresse
non deroget, aut de illo mentionem non faciat.
& num. segg. & num. 33. usque ad n. 38. & n.
42. usque ad n. 49.
- Rescriptum contra generale Concilium non
valeat nisi Concilio fuerit specialiter derogatum.
& n. segg.
- Lex Canonica, vel civilis habens clausulam dero-
gatoriam non tollitur per contrarium rescriptum,
nisi fiat mentio de illa specialiter, vel per verba
acquiescentia.
- Litteræ Apostolicæ, in quibus generali Concilio
derogatur, sunt invalidæ, non ex defectu potesta-
tis Papæ, qui est supra Concilium, sed voluntatis,
& n. 44.
- Testamentum primum habens clausulam derogato-
riam, rumpitur per secundum, in quo sit clausu-
la generalis, Non obstantibus quibuscumque aliis te-
stamentis.
- Intellectus c. Domino sancto, 50. dist.
Constitutiones Conciliares debent esse in finem contra-
riam ex illis servari debeat. ibid.
- Privilegia clausi in corpore iuris multo magis censentur
derogatum, quam non inserta.
- Derogatio generali contrariis operatur circa ignorata
in facto consentientia.
- Privilegium insertum in corpore iuris facit ius commu-
ne inter nominatos, & de eo indicatur quoad effectum
derogatorium, sicut de iure.
- Lex specialis in materia, in qua est privilegium clau-
sum in corpore iuris, tollit illud, etiam si de eo non fa-
ciat mentionem.
- Concilium Tridentinum antiquioribus Conciliis, aut
privilegiis clausi in corpore iuris non consuevit
nominatim derogare, quod pluribus exemplis ostendit-
ur. & segg.
- Concilia omnia auctoritatem manant ex eodem fonte A-
postolice potestatis, sine qua non habent firmamen-
tum.
- Canonibus Apostolorum præiudicatur per posteriores Ca-
nones.
- Conciliaria decreta sua sunt interpretanda, ut non sint
inania, & elusoria.
- Presumptio validitatis actus dicitur aliorum presump-
tionum regina.
- Clausula, Ex certa scientia, & de plenitudine
potestatis, item clausula, Quorum tenores, in
generalis privilegiorum derogatione annullant etiam
privilegia habentia clausulam derogatoriam ad se-
quentes contrarias dispositiones.

NONNULLI. Per litteras Apostolice
cas, de hac constitutione mentionem
non facientes, non potest quis trahi
ultra duas dietas extra suam diocesim,
nisi de consensu partium literæ fuerint impetra-
te: Hoc dicitur utque ad 3. sunt & alii, & dividitur
in tres partes. Primo, ponit abusum impetranti-
um iudices remotos. Secundò providet ibi,
cum antem. Tercio, excipit ibi, nisi.

Nota primò, per iudicem delegatum à Papa
quem trahi non posse ultra duas dietas. Hæc e-
nim constitutio loquitur in delegatis Sedis A-
postolicæ, ut probat littera ibi, gratia Sedis Apostoli-
cæ abutentes. Et infra ibi, per litteras Apostolicas.
Quid in delegatis ab inferioribus? Innocentius
hic num. 5. tenet ordinarios, scilicet episcopos,
Archiepiscopos, ac etiam Sedes Apostolicæ le-
gatos bene posse ultra duas dietas trahere litiga-
tes, cum id non reperiatur eis prohibitum. Sed alii
contradiciunt quoad delegatos à Metropoli-
tani, & Legatis Apostolicæ Sedis, quos quidem
delegatos dicunt debere observare quod dele-
gati Apostolici servant, arg. c. In casibus, de re iudic.
ut refert hic Compoll. num. 4. in ver. Per litteras.

Tu dic in legatis Sedis Apostolicæ communem
opinionem esse contra Innocentium ut scilicet
trahere non possint ultra duas dietas. Abb. a n-
tiq. in cod. ver. num. 3. Hostiens. num. 13. Jo. Andr.
num. 9. Abb. Siculus num. 3. in fin. & reliqui om-
nes. Rationem reddit Abb. antiq. quia cum
legati nequeant contra Concilium dispensare,
Dilectus, c. Dilectio, & c. Venerabilis, de preben-
hanc regulam observabunt (editam scilicet ab
Innocentio III. in generali Concilio, ut patet in
supra scriptione) in Delegatis à Metropolitani-
nis. Hostiens. hic cod. num. 13. sentit cum Inno-
centio, ut scilicet non ardeant hac constitutione,
eo quod ordinarii communiter non habeant pro-
vincias admodum distantes unde non potest de
facili reus enormiter gravari nec est consideran-
dus casus specialis contrariis occurrat. arg. c.
Erit autem lex, 4. dist. Sed Abb. antiq. distinguit
nam aut Metropolitani vult in propria perso-
na, vel in sua curia examinare causam, &
potest trahere litigantes etiam ultra duas dietas;
quia ex tota provincia confluit ad iudicium
Metropolitani. c. Scitote 6. q. 2. Aut vult ne-
gotium delegare; & satis æquum est ut delegatus
extra diocesim ultra duas dietas non citet. &
sic moderabitur Archiepiscopus suos delegatos
secundum constitutionem Ecclesiæ Romanæ: nā
satis indignum est quemquam Pontificum, vel
ordinum sequentium hanc observantiam refuta-
re, quam beati Petri sedem sequi viderit, & doc-
cere, c. Basilicas, de consecr. dist. 1. idem concludit
in Episcopis. Sed certe hæc constitutio, quæ
permittit ut Delegatus citare possit infra duas
dietas à finibus diocesis applicari non potest de-
legato ab Episcopo Diocesano; quia Episco-
pus nec infra unam dietam extra fines suæ dio-
cesis potest causas delegare, c. Episcopum, cum
duob. segg. quest. 2. c. Placuit, 7. q. 1. & Clem. 1. de
foro competet. cum multis similibus. In Episcopis er-
go tenetur quod statuitur in c. Cum Episcopus, de
off. Ordinar. lib. 6. ut scilicet tam per se, quam
per alium possint causas audire, & tribunal eri-
gere in qualibet parte suæ diocesis, dummodo
nō in loco exempto, Et in Metropolitani serva-
T 3 quod